Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

nonne ex operibus iustificata est
suspiciens iuctuos: et alia va
cuens sicut enim corpus sine
spiritu mortuum est ita et fi-
des sine operibus mortua est
Quis sapiens et disciplinatus inter vos
ostendat ex bona conuersatione
opera sua in mansuetudine
sapie sine zelo amaro
habetis: et contentiones sint in
cordibus vestris Nolite gloriari
et mendaces esse aduersus ve-
ritatem Non est enim ista sapie-
ntia descendens a patre lu-
minum: sed terrena animalis diabo-
lica Ubi enim zelus et contention
est: ibi inconstantia et omne
opus prauum Hec autem deorsum
est sapienta: primum quidem pudica
est: deinde pacifica: modesta
suadibilis: bonis consentiens ple-
na misericordia et fructibus
bonis: iudicans sine simulatione
fructus autem iustitie in pace se-
minat: facientibus pace:
Unde bella et lites in vob
Nonne ex concupiscentiis ves-
tris que militant in mem-
bris vestris Concupiscitis et non
habetis: occidistis et zelatis: et
non potestis adipisci: litigatis et
bellatis: et non habetis propter
quod non postulatis: petitis et non
accipitis: eo quod male petitis: ut
in concupiscentiis vestris insumatis
adulteri nescitis quia amicitia huius mundi inimica dei est
Quicumque ergo voluerit amicus
esse secundum hoc: inimicus dei con-
stituitur Putatis quia inanem
scriptura dicat: ad inuidiam con-
cupiscit spiritus qui habitat in vob
Maiorem autem dat gratiam Propter
quod dicit deus superbis resistit
humilibus autem dat gratiam Subditi